calicē cū vtraq; manu tenere debet. sed in sumptione ꝑfusionis sufficit altera tantū duob⁹ digitis alteri⁹ adiūctis. q̄si ꝑ h̄ in/nuens iā sanguinē ibi nō eē. Sz ⁊ sanguinem sumēdo ter haurit trinitatē designās ꝑfusionē ꝟo sumēdo bis vt ꝑ h̄ charitas que inter duos cōsistit significet̄. seu etiaz quotiēs nouerit expedire. Rursus qui eadem die debet iterū celebrare nō sumat vinum ꝑfusionis vt dictū ē in ꝓhemio hui⁹ ꝑtis. Sz cū in canone dicat̄ Sil'i mō post q̄ cenatū est accipiēs ⁊ hūc p̄clarū calicē ⁊c̄. Videt̄ ex h̄ q̄ sacerdos statim hostia cōsecrata illā debet sumere. priusq̄ ad calicis cōsecrationē ꝓcedat. q̄r oīs xp̄i actō nr̄a debet eē instructio. Sed ad hoc dicēdū est q̄ eccl'a instituit illā post vtrāq; cō/secrationē sumi. ad ostendēdū q̄ solā hostiam recipiēs nō plenū recipit sacramēta liter sacr̄m. Et si em̄ i hostia cōsecrata xp̄i sanguis sit. nō tn̄ ē ibi sacramentalit̄ eo q̄ panis corp⁹ nō sanguinē. ⁊ vinū sangui/nem significat ⁊ nō corpus. Quia ḡ sub altera tm̄ specie n̄ ē ꝯpletū sacr̄m. quo ad sacramentū vel signū. debet h̄ sacr̄m cōpleri p̄usq̄ p̄sbyter eo vtat̄. Verūtn̄ cū vnuz sine reliquo. nec sit nec vnq̄ fuerit nisi in solo triduo an̄ pasca in quo xp̄i corp⁹ mortuum fuit. in quo triduo siquis de apostolis hostiā cōsecrasset. sanguis ibi nō esset. si vinū caro ibi nō esset. quia vt p̄missuz ē nec panis sanguinē. nec vinum significat carnē. ꝟm hoc nūc xp̄i sanguine intra venas exn̄te. vnū sine reliquo ꝓpt̄ vnionez seu mixtionē hmōi recipi nō pōt. qd̄ tn̄ nō est rōne sacramēti vel signi. qd̄ idē ē Post sumptū sacrificiū nō est spuēdum ꝓut dictum est sub. vij. ꝑticula canonis sup̄ verbo Noui ⁊ eterni. Sed nec eucharistia sicut ali⁹ cib⁹ ē masticanda. sed discrete moderate ac leniter anterioribꝰ dentib⁹ terēda ⁊ lingua mollificāda. ne qua ei⁹ ꝑticula dentib⁹ adhereat. quā forte postmodū emitti screādo ꝯtingat. Post cōicationez ilico calix de altari aufert̄. Circa qd̄ notādū ē q̄ corp⁹ dn̄i remanet sup̄ altare vsq; dum tria capitula cōpleant̄ scz ꝓlog⁹ dn̄ice or̄onis. s. orem⁹ p̄cept̄. ⁊ ip̄a dn̄ica or̄o ⁊ Libera nos q̄s. quia ⁊ dn̄s trib⁹ diebus in sepulcro quieuit. Postea ꝟo cōmixto dn̄i corpe cū vino sil'q; pace annūciata aufert̄ corp⁹ dn̄icū de altari. qm̄ in tertia die aīa eius que descendit ad inferna vt liberaret iustos ⁊ mēbra viuificaret redijt ad corp⁹. nec ampli⁹ inuentū ē corpus dn̄icū in sepulcro. Quia ḡ xp̄s totus hō resurrexit simul. ideo ad hoc notandū ilico simul cū oblatione corp⁹ dn̄i de altari aufertur ⁊ sumit̄. ⁊ deinde calix ⁊ corpale de altari totaliter eleuant̄. ꝓut dictuz est sub ti. de pallis corpalibus. Postremo notandum est q̄ q̄sq; cōicand⁹ corpe a carnalib⁹ escis ieiunus esse debet. Cū em̄ aīe spūales sint ⁊ imortales spūalia primit⁹ alimenta vite eterne sumere debent.

De perfusione.

Post sumptuz eucharistie sacrificiū sacerdos digitos abluit ⁊ ꝑfundit ne q̄d forte icaute remaneat seu adhereat ex cōtactu diuini sacramēti. nō q̄ quicq̄ imundum ex ip̄o cōtactu cōtraxerit. sed vt potius suā cōmemoret indignitatē q̄ se iudicat tātis sacramētis celebrādis indignuz Iux̄ illud qd̄ dn̄s ait. Cū oīa bn̄fecerit̄ dicite ꝟui iutiles sum⁹. Sic̄ ⁊ sacerdos legalis imūd⁹ erat vsq; ad vesꝑam post imolationē vitule rufe. Vn̄ oīa vestimēta sua lauabat. indignū quidē existeret. vt manus que corp⁹ incorruptibile cōtractarūt. corpus corruptibile cōtingant. vel ad res cōmunes tāgēdas accedant. donec studiose lauent̄. Et ꝓpt̄ h̄ etiā q̄dā missa finita exutis sacris vestib⁹. iterū man⁹ lauāt. Perfusionis aūt aq̄ debet in locū mūdū honeste diffundi. vt altitudo sacr̄i reuerent̄ honoret̄. Trina ḡ sacerdotis ablutio q̄ fit in p̄ncipio. in medio. ⁊ in fine. desig̃t mūdationē cogitatiōis locutionis ⁊ actiōis. vel purgationē peccati original' venial' ⁊ criminalis. siue qd̄ agit̄ ꝑ ignorantiā ⁊ negligentiam ⁊ idustriā. ad q̄rū mūdationē offert̄ sacrificiū salutare. Hec tn̄ ablutio referri p̄t ad ablutionē baptismi cui⁹ formā xp̄s post resurrectionē istituit dicēs. Eūtes docete oēs gētes baptisantes eos i nomine p̄ris ⁊ filij ⁊ spūssci. q̄ crediderit ⁊ baptisat⁹ fuit salu⁹ erit. Sane sacerdos digitos ꝑfūdit ⁊ ꝑ ifusionē sumit i dextro cornu altar̄ vl' saltē reuolut⁹ ad illd̄. Primo ꝓpter rōnē tactā sub ti. de manuū ablutō

ne. Scdo qr ipm cornu iudaicū ꝓplm ex q̄ naturā humanā xp̄s assumpsit significat. Sic aūt ab illis naturā accepit. sic ⁊ ab eis illi⁹ nature purgationē ab om̄ib⁹ defectibus q̄s assumpsit habuit qm̄ ab eis occis⁹ fuit ad quā mortē cōsecuta est resurrectio in qua oēs defect⁹ dimisit. ⁊ eis oppositas v̄tutes accepit. Ad h̄ igit̄ rep̄sentandum in dextro cornu altaris vel saltē reuolut⁹ ad illud ꝑfundit ⁊ ꝑfusionē sumit. Tertō qr vt aiūt quidā h̄ purificatio d̄signat ablutionē manuū quā pilat⁹ fecit a ꝑditione sanguinis iusti. sup iudeos ꝑ dextrū cornu altaris significatos. Ad h̄ q̄dā hausta purificatiōe inclināt calicē ad ostendēduz sepulcrū eē vacuū. quia surrexit ⁊ inde ꝓdijt christus.

De postcōmunione.

Antiphona q̄ postcōmunio a plurib⁹ nūcupat̄. ideo sic appellata ē qm̄ p⁹ cōicationē seu i signū ꝙ cōmunicatio expleta ē cōcinit̄. In p̄mitiua nanq̄ ecclesia omns fideles qualibet die corpi ⁊ sanguini xp̄i cōmunicabāt. ꝓut dictuz est sub ti. de cōicatiōe sacerdot. ⁊ statim post communionē cant⁹ iste fiebat. vt ꝓplus ostēderet̄ gr̄as ⁊ laudes agere de xp̄i corpore et sanguine susceptis. Verum ꝓpt̄ circumstans nos pctm̄ sequēti tpe statutū ē vt ter in anno cōmunionē sacerdos q̄tidie ꝓ oibus sacramētalit̄ sumat. ꝓut sub ti. de pacis osculo dictū est. Quis aūt specialit̄ introduxit vsum cantādi hāc antiphonam ignorat̄. Hec aūt antiphona aplorū gaudiū de xp̄i resurrectiōe significat. iuxta illud. Gauisi sunt discipnli viso dño. ⁊ pre gaudio mirabant̄. Ex v̄o reci ꝓcando in q̄busdā ecclesijs cantat̄. insinuat ꝙ discipuli resurrectionis gaudiū sibi mutuo nunciabant. Vn̄ dño discipuli cū inuenissent cōcōgregatos vndecim. ⁊ eos q̄ cū ip̄is erāt dicentes. ꝙ surrexit dn̄s v̄e ⁊ apparuit simoni. narrabāt que gesta erāt in via. ⁊ q̄modo cognouer̄t eū in fractiōe panis. Canit̄ etiā ab om̄ib⁹ vt notet̄ ꝯmunitas gaudij. ⁊ ꝙ om̄ib⁹ discipl̄is dn̄s apparuit. Est ḡ cōmunio gratiarū actio. iuxta illd̄ Edēt paupes ⁊ saturabunt̄ ⁊ laudabunt dn̄m. Proprie tn̄ nouissima or̄o de q̄ infra dicetur postcōmnnio dici pōt.

De oratione nouissima ⁊ de ite missa est.

Peracto cōmunionis mysterio. pōtifex seu sacerdos osculat̄ altare innuens se credere firmiter. ⁊ cōsentire his q̄ circa sacrificiū acta sunt. ⁊ cōuersus ꝓplm salutat. ⁊ deinde redit ad dextrū cornu altar̄ significans ꝙ in fine mūdi post antichristi mortē xp̄i p̄dicatio siue xp̄s reditur⁹ ē ad iudeos quos iā reprobauit. Tūc em̄ conuertent̄. ⁊ reliquie israel salui fient. Et eleuatis manib⁹ vltimā orationē q̄ ꝓprie p⁹ cōmunio vocat̄ exequit̄. in q̄ rogat ⁊ gratias agit de sacramēti ꝑceptiōe dicēs collectas ꝓ numero secretellarū. Orat em̄ ꝓ his q̄ ad hanc cōionē eucharistie accesserunt. Hec aūt or̄o significat or̄onē capitis nr̄i iesu xp̄i. qui ꝓ nobis interpellat quotidie apud pr̄em. Significat etiā ꝙ apostoli post ascensionē dn̄i in oratione ꝑseuerauerūt. Finis v̄o illius or̄onis vbi dicitur Per dn̄m nr̄m iesum xp̄m ⁊c̄. significat ꝙ aduocatū habemus in celo apud pr̄ez. Illud aūt cōsiderandū est ꝙ sacerdos dicturus postcōmunionez p̄mittit. Dn̄s vobiscū. ⁊ orem⁹ stans ante mediū altaris. deinde trāsiens ad dextrū cornu altaris. ibi ꝓnūciat or̄onē. q̄ finita rediēs añ altar̄ mediū ibi dic̄. ꝑ dn̄m. ꝓut tactū fuit sb̄ ti. de salutatiōe. Circa qd̄ nōnd̄ ē. ꝙ dextrū cornu altaris significat ꝓplm iudaicū. sinistrū v̄o gentilem. Predicatio christi ⁊ euāgelium ei⁹ incepit a iudeis ⁊ trāsiuit ad gentiles. ⁊ iterū redire debz ad iudeos. ad qd̄ significandū sacerdos a dextro cornu altaris trāsiuit ad sinistrū ⁊ ecōuerso. Merito ḡ postcōmunio. q̄ est q̄si finis misse dicitur in dextro cornu altaris. Quia v̄o altaris mediū rep̄sentat fidē xp̄i ⁊ ip̄m deū in quē vterq̄ popul⁹ vnit̄. reducit̄ ⁊ finitur ideo ꝑ dn̄m nr̄m ⁊c̄. qd̄ ē q̄si finis postcōmunionis ibi dicit̄. Ip̄e etiaz ē q̄ vtrunq̄ ꝓplm ad se petendū inducit ⁊ illuminat. et iō Dn̄s vobiscū ibidē dr̄. Per ip̄m etiam quicq̄d boni in or̄one petim⁹ ipetram⁹. et iō ibidē ꝓnūciat̄ orem⁹. De h̄ dictū ē sub ti. de mutatiōe sacerdot. Et nota ꝙ in sabbato quatuor tpm mēsis septēbr̄ dr̄ post